



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae  
Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros  
distributae**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius  
Coloniae Agrippinae, 1674**

XII. Ad Chromatium & Heliod. Mirari non.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37862**

dissimo accipere poteris. Ego autem offerens  
præsentiam tuam; aut totum tibi dabo, cum affue-  
ris: aut si hoc aliquid impedierint difficultates,  
quæcumque præceperis, libens mittam.

XII Hieronymus chromatius & Heliodore  
Episcopis, dedicans eis versionem  
libri Tobia.

**M**irari non desino exactioris vestrae instan-  
tiam. Exigitis enim, ut librum Chaldaeo ser-  
mone conscriptum, ad Latinum stylum traham:  
librum utique Tobiae quem Hebrei de catalogo  
divinarum scripturarum secantes, his quæ hagi-  
grapha memorant, manciparunt. Feci satis deside-  
rio vestro, non tamen meo studio. Arguunt enim  
nos Hæbraeorum studia, & imputant nobis con-  
tra suum canonem. Latinis auribus ista transfor-  
mare. Sed melius esse judicans Phariseorum dispi-  
cere iudicio, & Episcoporum iussionibus deservare,  
institi, ut potui. Et quia vicina est Chaldaeorum  
lingua sermoni Hebraico, utriusque linguae peri-  
tissimum loquacem reperiens, unius diei laborem  
arripui, & quicquid ille mihi Hebraicis verbis ex-  
pressit, hoc ege accito notario sermonibus Latini  
exposui. Orationibus vobis mercedem hujus  
operis compensabo, cum gratum vobis  
didicero, me quod jubere etis  
dignati, complesse.